Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

quam unius hominis; Iustitia eius manet in saeculum saeculi. Hoc est opera
illius ipsa permanent. Cornu eius exaltabitur in gloria. id est regnum ip
sius exaltabitur in gloria. hoc cum dixerit; Peccator uidebit et irascetur.
Quomodo uidebit? quia prophetae dicit; Tollatur impius ne uideat gloriam dei.
Tamen sub sequitur. Uideant et confundantur. et alibi. Uidebunt in
quem compunxerunt. id est uisuri erunt illa for misericordia hominis.
quam dignatus est suscipere de nostra humanitate; sed illa gloria
quod sci habebunt. Nec habebunt nec uidebunt. et quantum uidentur
ad illorum penam uidebunt. et irascetur. hoc est contra se ipsos eo quod non
fecerunt bona. sera paenitentia erit illis; Dicturi erant. istis sunt quos in
dispectionem habuimus. et in ipsos di seruos reputati; nihil profuerunt
nobis habundantiae diuitiarum. sol non ortus est nobis. Dentib: ipsius frendit
et tabescit; pfetridor dentium. frigus intellegitur. ut illud. ibi erit
fletus et stridor dentium. Quia et frigus et calor erit ibi nulla posse habent.
Desiderium peccatorum peribit. hoc est omnia bona quae hic in presenti habuerunt.
Diligent igitur audiamus uerba dei. Cui sit gloria in saecula saeculorum. amen.

CENTESIMUS DUODECIMUS PSALMUS DOCET NOS. DE POSITO

Laudate pueri dnm. laudate nomen dni; hoc puer provocat. Nit enim
ad laudem. De quib: esaia saluator ait; Ecce ego et pueri quos mihi
dedit dns; ex ore quippe infantium et lactantium laus in dm plena pficitur;
Sit nomen dni benedictum. Cui omnes creaturae benedicunt; fortasis non
fuit ante benedictum; fuit semp. sed tamen antea in una gente iudaeorum tan
tum modo qui illi benedicebant et credebant. sed modo in omnib: gentib: et cre
ditur et benedicitur; Ex hoc nunc et usque in saeculum; Ex hoc id est quo
inceperunt homines credere et laudare. et nunc hoc est in presenti.
et usq: in saeculum. hoc est in fine; Nam et ante semp fuit benedictum;
A solis ortu et occasu id est ab initio castitatis nostrae usq: in mo de laudate
nomen dni. Ut supradixi; Excelsus dns super omnes gentes. Numquid ante
non erat excelsus. Erat in iudaea. modo super omnes gentes; Dicit ppro
phetam. quando uolunt reprobare iudaeos. et eligere gentes; et super caelos
gloria eius. hoc est super eos sua gloria; Quis sicut dns ds nt. accidit.
Nullus talis. ut illud. quis similis inter filios di. et alibi dicit. Nest similis
tibi in dis dne; Qui in altis habitas et humiliare spicis; In altis.
hoc est in scis; Numquid et in humilis non habitat; habitat. quia et in humilis